



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

III. Vt chrisma & benedictio puellarum, & reconciliatio poenitentium, a presbyteris non fiant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

SIRICIVS CARTHAGIN. ARCADIVS⁷ HONORIYSS IMP. 467
PAPA.

ANNO CHRISTI 397. vnitatem , quæ nullam noscitur habere notitiam , sicuti didicimus , Dei populos instruamus . Ab vniuersis episcopis dictum est : Plane sic accepimus , sic tenemus , fidem apostolicam sequentes .

II.

^f Aurelius episcopus dixit : ^g Cum in præterito Concilio de continentia & castitatis moderamine tractaretur , gradus isti tres conscriptione quadam ^{* castitatis} per consecrationes annexi sunt . Episcopos , inquam , presbyteros , & diaconos ita placuit , vt condeceret sacrosanctos antistites , & Dei sacerdotes , nec non & Leuitas , vel qui sacramentis diuinis inferuiunt , continentes esse in omnibus , quo possint simpliciter , quod a Deo postulant , impetrare ; ut quod apostoli docuerunt , & ipsa seruauit antiquitas , nos quoque custodiamus . Ab vniuersis episcopis dictum est : Omnibus placet , vt episcopi , presbyteri , & diaconi , vel qui sacramenta contrentant , pudicitiae custodes , ^h etiam ab uxoribus se abstineant . Ab omnibus dictum est : Placet , vt in omnibus & ab omnibus pudicitia custodiatur , qui altari deseruiunt .

Cod. Can.
cap. 3.
Dist. 84.
Cū in præ-
terito.
Dist. 31.
Episcopos
presbyt.

Cod. Can.
cap. 4. Va-
riat paulo ,
vt infra.

III.

^{i * Fortunatus} Fortunatus episcopus dixit : Si iubet sanctitas vestra , suggero . Nam ^k memini præterito Concilio fuisse statutum , vt chrisma , vel reconciliatio pœnitentium , nec non & puellarum consecratio , a presbyteris non fiant . Si quis autem emerserit hoc faciens , quid de eo statuendum sit ? Aurelius episcopus dixit : Audiuit dignatio vestra suggestio nem fratris & coepiscopi nostri Fortunati . Quid

Cod. Can.
cap. 6.
26. q. 6. Si
iubet san-
ctitas.

Concil. Tom. 3.

Nnn ij

468 SIRICIVS CONCILIVM ARCADIVS ^{IMPR.}
PAPA. HONORIVS

ad hæc dicitis? Ab vniuersis episcopis dictum est:
Chrismatis confeccio, & puellarum consecratio,
a presbyteris non fiant. Vel reconciliare quem-
quam in publica missa, presbytero non licere, hoc
omnibus placet.

I V.

Cod. Can.
cap. 7.
26. qu. 6.
Aurelius
episcopus.

Aurelius episcopus dixit: Si quisquam in peri-
culo fuerit constitutus, & se * reconciliari diuinis
altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet
vtique presbyter consulere episcopum, & sic peri-
clitatem eius præcepto reconciliare. Quam rem
debemus salubri Concilio corroborare. Ab vni-
uersis episcopis dictum est: Placet quod sanctitas
vestra necessario nos instruere dignata est.

V.

16. q. 1. Fe-
lix.

Felix episcopus * Selemfelitanus dixit: Etiam, si hoc placet sanctitati vestrae, insinuo, vt diceces, quæ nunquam episcopos * acceperunt, non ha-
beant: & illa dicecessis, quæ aliquando habuit, ha-
beat proprium. Et si accidente tempore, crescen-
te fide, Dei populus multiplicatus desiderauerit
proprium habere rectorem, eius videlicet volun-
tate, in cuius potestate est dicecessis constituta, ha-
beat episcopum. Secundum autem hanc prosecu-
tionem sanctitas vestra aestimet, quid fieri debeat.
Genedius episcopus dixit: Si placet insinuatio fra-
tris & coepiscopi nostri Felicis, ab omnibus confir-
metur. Ab vniuersis episcopis dictum est, Placet.

V I.

Cod. Can.
18.

Numidius episcopus * Massylitanus dixit: Pre-
terea sunt quamplurimi non bona conuersatio-

* Mel-
classis
pat. &
Massyl-
itanus